

SCRIPTA

Numéro Scripta : 910

Auteur(s) : Henri II, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Raoul de Perrières, Bayeux (chanoine)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1164-1205, novembre]

Lieu d'émission : Bayeux

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Henri II, évêque de Bayeux, fait savoir comment s'est terminé un différend sur la même terre du trésorier à Douvres.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CXIX, t. 1, p. 144-145.
- b. Dupuy Hubert, *Recueil des actes des évêques de Bayeux antérieurs à 1205*, Thèse, École des Chartes, 1970, 2 vol. (dactyl.), n° 199.

Dissertation critique

Datation proposée par Hubert Dupuy.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia Baiocensis episcopus, omnibus præsentibus et futuris, ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem. Universitati vestræ notum fieri volumus quod querela, quæ vertebatur inter Radulfum de Perreriis et Pipinum super quadam terra apud Doveram, quæ dicitur terra thesaurarii, et nominatim terra Fouberti, quæ est de præbenda ipsius Radulfi, hunc finem sortita est. Pipinus in manu nostra resignaverit quicquid juris in ea dicebat se habere, et, tactis sacrosanctis evangeliis, in præsentia nostra, manu propria, juravit quod prædictam terram, et nominatim terram Fouberti, amplius non repeteret, nec aliquam controversiam deinceps moveret, vel contra præfatum Radulfum, vel contra successores suos, vel contra ecclesiam Baiocensem. Sub juramento etiam firmavit quod si quis alius super prædicta terra eum in causam traheret, ductus expensis Radulfi, eundem sine fraude et dolo juvaret, et consilium et auxilium, pro posse suo, ei fideliter impenderet. Radulfus vero, consilio bonorum virorum, pro bono pacis et concordia amicabiliter et fideliter observanda, dedit ei quinquaginta solidos Andegavenses. Quod ut ratum et inconcussum perseveret, et ut ad posteros, absque erroris nebula, liquido queat pervenire, scripturæ beneficio commendare, et sigilli nostri testimonio, curavimus confirmare. Actum est hoc, Baiocis, in capella nostra, die lunæ post festum Conceptionis beatæ Mariæ, præsentibus istis : Henrico, præcentore ; Hugone Bovet ; Roberto de Mestemon ; Roberto Bernardi, archidiacono ; Henrico, succentore ; Patricio, subdecano ; priore de Plaissez ; Helya de Sancto Georgio ; Stephano de Crisetot, canonicis ; Unfrido, sacerdote ; Ricardo Hamone ; Henrico de Bolon ; magistro Thoma Simplici ; Roberto de Perreriis ; Hugone de Aingnervilla ; Thoma de Sancto Lupo ;

Willelmo Blondo ; Roberto Senescal ; Ada Lefolun ; Hugone de Similleio ; Ricardo Cornart ; Henrico Fortescu ; Gocelino, filio Reinaldi ; et pluribus aliis.